



MINISTÈRE
DE L'ÉDUCATION
NATIONALE

EAE GRA 6

SESSION 2018

AGRÉGATION CONCOURS EXTERNE

Section : GRAMMAIRE

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

Les dictionnaires latin-français Bornecque, Gaffiot, Goelzer et Quicherat sont autorisés.

L'usage de tout ouvrage de référence, de tout autre dictionnaire et de tout matériel électronique (y compris la calculatrice) est rigoureusement interdit.

Dans le cas où un(e) candidat(e) repère ce qui lui semble être une erreur d'énoncé, il (elle) le signale très lisiblement sur sa copie, propose la correction et poursuit l'épreuve en conséquence.

De même, si cela vous conduit à formuler une ou plusieurs hypothèses, il vous est demandé de la (ou les) mentionner explicitement.

NB : La copie que vous rendrez ne devra, conformément au principe d'anonymat, comporter aucun signe distinctif, tel que nom, signature, origine, etc. Si le travail qui vous est demandé comporte notamment la rédaction d'un projet ou d'une note, vous devrez impérativement vous abstenir de signer ou de l'identifier.

Tournez la page S.V.P.

INFORMATION AUX CANDIDATS

Vous trouverez ci-après les codes nécessaires vous permettant de compléter les rubriques figurant en en-tête de votre copie

Ces codes doivent être reportés sur chacune des copies que vous remettrez.

Concours	Section/option	Epreuve	Matière
EAE	0901B	105	0310

À sophiste, sophiste et demi...

Id autem uitium¹ accidit hoc modo, cum argumentum propositum referri contra conuertique in eum potest a quo dictum est, et utrimque pariter ualet ; quale est peruolgatum illud quo Protagoram, sophistarum acerrimum, usum esse ferunt aduersus Euathlum, discipulum suum.

Lis namque inter eos et controuersia super pacta mercede haec fuit. Euathlus, adolescens diues, eloquentiae discendae causarumque orandi cupiens fuit. Is in disciplinam Protagorae sese dedit daturumque promisit mercedem grandem pecuniam, quantam Protagoras petuerat, dimidiumque eius dedit iam tunc statim priusquam disceret, pepigitque ut reliquum dimidium daret quo primum die causam apud iudices orasset et uicisset.

Postea cum diutule auditor adsextatorque Protagorae fuisse et in studio quidem facundiae abunde promouisset, causas tamen non reciperet tempusque iam longum transcurseret et facere id uideretur, ne reliquum mercedis daret, capit consilium Protagoras, ut tum existimabat, astutum. Petere institit ex pacto mercedem, litem cum Euathlo contestatur.

Et cum ad iudices coniciendae consistendae causae gratia uenissent, tum Protagoras sic exorsus est : « Disce, inquit, stultissime adolescens, utroque id modo fore uti reddas quod peto, siue contra te pronuntiatum erit siue pro te. Nam si contra te lis data erit, merces mihi ex sententia debebitur, quia ego uicero ; sin uero secundum te iudicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu uiceris. »

Ad ea respondit Euathlus : « Potui, inquit, huic tuae tam ancipiti captioni isse obuiam, si uerba non ipse facerem atque alio patrono uterer. Sed maius mihi in ista uictoria prolubium est, cum te non in causa tantum, sed in argumento quoque isto uinco. Disce igitur tu quoque, magister sapientissime, utroque modo fore uti non reddam quod petis, siue contra me pronuntiatum fuerit siue pro me. Nam si iudices pro causa mea senserint, nihil tibi ex sententia debebitur, quia ego uicero ; sin contra me pronuntiauerint, nihil tibi ex pacto debebo, quia non uicero. »

Tum iudices, dubiosum hoc inexplicableque esse quod utrimque dicebatur rati, ne sententia sua, utramcumque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem iniudicatam reliquerunt causamque in diem longissimam distulerunt. Sic ab adolescente discipulo magister eloquentiae inclitus suo sibi argumento confutatus est et captionis uersute excogitatae frustratus fuit.

Aulu-Gelle

¹ Il s'agit d'un vice d'argumentation.